



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni  
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

De epistola & aliis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](#)

nes, occurrat fieri commemorationem alicujus Sancti, ea ponitur secundo loco, & tertia Oratio dicitur, quæ alias secundo loco dicenda erat.

17. In conclusione Orationum hic modus servatur. Si Oratio dirigatur ad Patrem, concluditur, *Per Dominum nostrum, &c.* Si ad Filium, *Qui vivis & regnas cum Deo Patre.* Si in principio Orationis fiat mentio Filii, concluditur, *per eundem Dominum nostrum.* Si in fine Orationis ejus fiat mentio, *Qui tecum vivit.* Si facta sit mentio Spiritus Sancti, in conclusione dicitur, *In unitate ejusdem Spiritus Sancti, &c.* Alia quoque in undis Orationibus serventur, quæ superius in Rubrica de Commemorationibus dicta sunt.

**DE EPISTOLA, GRADUALI, ALLE-luja, & Tractu, ac de Evangelio.**

**X.**

1. Post ultimam Orationem dicitur *Epistola: qua finita, à ministris respondeatur, Deo gratias.* Et similiter quando leguntur plures Lectiones, post singulas dicitur, *Deo gratias, præterquam in fine quin-*

quintæ, Lectionis Danielis in Sabbatis  
Quatuor Temporum, & in fine Lectio-  
num feriæ sextæ in Parasceve, & Sabba-  
ti sancti.

2. Post Epistolam dicitur *Graduale*,  
quod semper dicitur præterquam Tem-  
pore Paschali, cuius loco tunc dicuntur  
duo Versus, ut habetur in Rubrica in  
Sabbato in Albis.

3. Post *Graduale*, dicuntur duo *Al-  
leluja*, deinde Versus, & post Versum, u-  
num *Alleluja*, Tempore Paschali, quan-  
do non dicitur *Graduale*, dicitur aliud  
*Alleluja*, post secundum Versum: &  
quando dicitur *Sequentia*, non dicitur  
post ultimum Versum, sed post *Sequen-  
tiam*.

4. A Septuagesima usque ad Sabba-  
tum sanctum non dicitur *Alleluja*, neque  
dicitur in Missis de Feria in Adventu,  
Quatuor temporibus, & Vigiliis quæ  
jejunantur, exceptis Vigilia Nativitatis  
Domini, si venerit in Dominica, & Vi-  
gilia Paschæ, & Pentecostes, ac Qua-  
tuor temporibus Pentecostes. Nec di-  
citur in festo SS. Innocentium, nisi ven-  
git in Dominica.

5. A Septuagesima usque ad Pascha,  
eius

ejus loco dicitur *Tractus*, qui Tractus  
prædicto tempore in aliquibus Feriis  
non dicitur, ut suis locis ponitur: nec  
dicitur in Feriis à Septuagesima usque  
ad Quadragesimam, quando repetitur  
*Missa Dominicæ*.

6. Dicto Graduali, seu Alleluja, seu  
Tractu, dicitur *Evangelium*. Et in princi-  
pio *Evangelii* dicitur *Dominus vobiscum*.  
Resp. *Et cum spiritu tuo*, deinde, *Sequentia*  
*sancti Evangelii secundum N.* Resp. *Gloria*  
*tibi Domine*. In fine *Evangelii* à ministro  
respondeatur, *Laus tibi Christe*, quod eti-  
am dicitur in fine illius partis *Passionis*,  
quæ legitur in tono *Evangelii*, præter-  
quam in *Parasceve*. Postea si dicendum  
est, dicitur *Credo*.

## DE SYMBOLO.

## XI.

1. *Symbolum* dicitur post *Evangelium*  
in omnibus Dominicis per annum,  
etiam si in illis fiat de *Festo*, in quo alias  
non diceretur. In tribus Missis de *Nati-*  
*vitate Domini*, & deinceps usque ad *O-*  
*ctavam B. Joannis Apostoli inclusivè*. In  
Epi-